



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**


§. 1. Publicarum precum ritus in Anglia immutatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)



HISTORIÆ  
ECCLESIASTICÆ  
LIBER CXLVIII.



JULIUS III. PONT. MAXIMUS,  
CAROLUS V. OCC. IMP.

§. I.

*Publicarum precum Ritus in Anglia  
immutatus.*

**I**nterea nova secta majores identidem  
progressus in Anglia fecerat, ducto-  
re Cranmero Cantuariensi Archie-  
piscopo, quem Eduardi VI. auctoritas  
omnino securum reddiderat: Insuper  
ineunte hoc anno Domini millesimo  
quingentesimo quinquagesimo primo  
nova Liturgia rursus ad incudem revo-  
cata, & variis in locis correcta fuit, quam-  
vis reformatores plura etiam in illa re-  
lin-

Sæc. XVI  
A.C. 1551.

**Sæcul. XVI.** C.A. 1551. linqwerent intacta, partim ut hac indulgentia quosdam Episcopos eo facilius ad sua pertraherent studia, partim ne populum, qui adhucdum in avitam Religionem propensum conservabat animum, magis magisque irritarent.

§. II.

*Buceri iudicium circa novam Liturgiam.*

*Burnet. hist. de la ref. d' Angl. tom. 2. l. 1. p. 134.*

**P**orro circa hoc opus, quod quidam Scotiæ Theologus nomine Aleffus concinnaverat, Martini quoque Bucertum adhuc in vivis agentis sententia rogabatur, isque in responso die quinta Januarii dato declarabat, quod hæc Liturgia, precesque publicæ ipsi sat culenter sacris literis consonæ videantur; suaderet tamen, ne Chorus in Ecclesiis Cathedralibus nimium a populo remotus esset, ut & hic Sacramentis verba percipere valeat. Præterea monebat, ut veteris disciplinæ severitas, qua scelerati a sacra Communionem arcebantur, rursus instauraretur, atque ad prævertendam superstitionem Sacerdotalium vestium usus immutaretur: minus vero eidem probabatur, quod Sacramentis officium, si communicantium nullus adsit, in Altari recitetur; omnino autem improbabat, quod fideles ad Sacram Synaxi